



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. III. Senegallen. legati. An, & quando legatum censeatur factum de proprietate, vel de usufructu, ad effectum caducationis per prædecessum ejus, qui post mortem usufructuarii vocatus est; Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

Tum etiam quia, licet præsertim in regno Neap., ubi strictius feuda non dicuntur in commercio ob Constitutionem incipientem *Constitutionem Diva memorie*, quæ latius patet, quam prohibitio juris communis feudorum in *Cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Feder.*, Nihilominus pretium feudi dicitur esse in commercio, & in hereditate feudatarij mortentis, qui licet non possit in præjudicium successoris sanguinis vocari per legem investitura disponere de ipso corpore feudi, quod successor licet habeat qualitate hereditariam, impugnan- do iudicium proprii auctoris, obtinere potest; At- tamen disponere potest de integro valore, seu pre- tio, atque in eo legitimum sanguinis successorem ob admixtam hereditariam qualitate gravare *Franch. dicta decis. 1.* & habetur sæpius in dicta sua materia *sub tit. de feud.*; Et sic absque gravamine hereditatis in alijs bonis, rectè legatum fortiri po- test effectum, atque testatoris voluntas impleri in ipsam re legata, si non in specie, saltem in aequi- polenti, ejuſque pretio, pro quo legatarius cogere potest legitimum sanguinis successorem in actio- ne personali, illum etiam cogendo ad vendendum feudum, ut ex pretio exinde redigendo, solvat, eod- em modo, quo jus competit creditoribus, quam- vis nullum assensum habentibus, ut *per Franch. de- cis. 70. 4.* aliosque Regnicolas passim, & sæpius in dicta sua materia *sub tit. de feudis*; Id autem adap- tabile non est beneficijs ecclesiasticis, ideoque ter- mini non sunt æquales.

Ac ulterius, ideo ratio remunerationis est in proposito considerabilis, quoniam ex ea resultat præsumptio, seu conjectura, quod si testator cogitasset, ut legatum in specie legata effectum fortiri non posset, verisimiliter aliam rem, vel æquivalen- tiam reliquisset; Hæc autem præsumpta voluntas, in hæc facti specie [ ut mihi præsertim ex certa sci- entia innotescebat ] omnino ac radicatus cessabat, quoniam testator ad id non cogitabat, atque per me admonitus, replicavit, quod cum congruè provi- derat, cum consimili capellania, ad quam vivens illum præsentaverat, communicando solum mihi dictam voluntatem tutori insinuandam, adeo ut expresso in codicillis potius ex insinuato charitati- vo motivo [ testatore solum approbante ] à me de- mandata fuerit; Ducto etiam talis voluntatis argu- mento ex eo, quod ne hæredem gravaret, nullum fecerat legatum, etiam ijs, erga quos ex majori con- venientia & honestatis, ac forsan ex iustitia ratio- ne obligabatur; Tum etiam quia in testamento, quod in statu sanitate, ac serio & mature condide- rat, nil ad favorem ejusdem ordinaverat.

Faciebat apud Signaturam impressionem, cir- cumstantia longævi punctualis servitij ex lege ju- stitiæ tali remuneratione digni; Verum hoc erat de jure nimium debile fundamentum, dum de lege ju- stitiæ pro famulatu menstruum conventum sala- rium habuerat; Unde quemadmodum per ipsum dominum viventem ad nutum dimittendus, nullam contra eum actionem habuisset, ita dici non pote- rat, ut actionem haberet contra hereditatem; Licet enim præsertim in Curia Romana, etiam gratuitum longævum servitium, vel obsequium præstari so- leat sub remunerationis spe, quæ est Aulicorum to- tum pabulum, quod aliquos in modico numero nu- trit, alios autem ad summam inedia reducit, non inde tamen resultat, ut actio aliqua ex lege iustitiæ competat, si ejus malum fatum tribuat, ut sua spe elusus remaneat, ut apud *Mansic. decis. 66.*

*Card. de Luca de Legat.*

Considerationes autem, quæ circa debitam re- munerationem famuli, bene ac ultra consuetum servientis, habentur in *Romana donationis sub tit. de feud. ad materiam Bullæ Baronum disc. 94.* procedunt ad effectum sublinendi donationes, vel alias dispositiones tanquam causativas, alijs prohibi- tas, ubi sunt merè voluntariæ, non autem ad effe- ctum cogendi dominum invitum, seu ad produ- cendam actionem ex lege iustitiæ, nam aliàs id re- dundaret in eorundem bene inservientium maxi- mum præjudicium, si hujusmodi prætensiones re- ducerentur ad praxim; Cum enim Cardinalium, & Magnatum consuetudo sit, in mortis articulo pro- videre magis benemeritos famulos, cum pensio- nibus, quas in vim indultorum, & facultatum trans- ferre possunt; ita omnes abstinere ab hujusmodi remunerationibus, ubi crederent, quod contra eo- rum hereditatem ad æquivalentiam translatorio actio competere, quoties translatio effectum non haberet, vel ob ejus formam non bene servatam, vel ob incapacitatem beneficij, vel quia indultum aliquo defectu laboraret, seu ex alio accidenti, cu- jus contrarium servat inconcussa observantia, quo- niàm nunquam praxis docuit, ut illi, in quibus, ex hujusmodi accidentibus translatio effectum for- tita non est, regressum habuerint contra transfe- rentium hereditatem pro evictione, seu præstatio- ne æquivalentiæ; Et merito, quoniam transferens censetur dedisse solum id, quod sibi competeat, & prout competeat, & non aliàs.

## SENOGALLIEN.

### LEGATI

PRO  
GHERARDIS  
CVM

### MERCURIIS.

*Causa disputata coram A. C., & coram alijs Iudicibus resoluta pro Mercurijs.*

An, & quando legatum censeatur factum do- proprietate, vel de usufructu, ad effectum caducationis per prædecessum ejus, qui post mortem usufructuarij vocatus est; Et quando legatum ad eundem effectum ca- ducationis dicatur conditionale, & præ- sertim an mors faciat conditionem; Et quid de certa ætate, legati assequitioni præfixa, an inducat conditionem, vel imporet dilationem.

*SVMMARIVM.*

- 1 **F**acti series.
- 2 De questione, an vocatus post mortem usufructuarij, dicatur pure vocatus ab initio, vel potius sit substitutus.
- 3 Quando proprie ista questio intret, & qualis sit casus hujus controversiæ.

A 3

4. De

- 4 De differentia inter dictam quaestionem, & alteram, an mors, vel tempus faciat conditionem.
- 5 De dicta quaestione, an mors vel tempus faciat conditionem.
- 6 Vt in ea procedi debeat cum distinctione casuum.
- 7 De casu conditionis merè casualis.
- 8 De altero temporis determinati.
- 9 Quid de certo tempore et aetate legatariorum.
- 10 Et de casu legati collati in tempus mortis, & de distinctione an substantia, vel executioni.
- 11 Quando in una, vel altera distinctionis parte esse dicatur.
- 12 & 13 De eodem.
- 14 Quando legatum censeatur in solo usufructu, non autem in proprietate.
- 15 Falso legato honorum ad usufructuandam, dicitur legata proprietate.
- 16 Declaratur, quando id procedat.
- 17 Quomodo decidenda sit ista quaestio, an sit legata proprietate, vel usufructu.
- 18 Ex voluntate disponentis sit transmissibile id, quod non est tale.
- 19 De differentia inter legatum speciei, & quantitatis, vel generis.
- 20 De eodem, de quo num. 17., & quomodo quaestio decidi debeat.
- 21 De eodem, & ad quid juris distinctiones, & theoriae deserviant.
- 22 De distinctione an commodum caducationis secundi legatariorum sit primi, vel heredis.
- 23 Quod in Iudice desideretur iudicium potius, quam ingenium.

## DISC. III.



Orquatus de Gherardis, instituto herede Theodosio patruo, Cleria amita reliquit praedium dotale ejus matris, ad usufructuandum donec viveret, post ejus verò mortem, illud reliquit Tullio avunculo, seu aliàs ex materno latere conjuncto, adjecta ratione, ut illud rediret ad eam domum, à qua exierat; Cùm autem casus dederit Tullij praedeceffum Cleria; & Gherardos filios, & haeredes dicti Theodosij, orta est lis super dicti praedij pertinentia; Introductaque causa coram A. C. pro Mercurijs prodijt resolutio, cui Gherardi non acquiescentes, causam [mutatis etiam defensoribus], prosequuti sunt per duas alias instantias, in quibus etiam succubuerunt, atque prima sententia confirmata fuit.

In disputationibus autem desuper habitis, antequàm ego ad causam evocatus essem, assumpta fuit quaestio, inter *Imolam, & Baldum*, de qua habetur praesertim particulariter actum in *Imolen. praedij sub rit. de legir. & detri. alt. disc. 33.*, ac pluries insinuat *sub rit. de fideicommissis.*; An scilicet instituto aliquo haerede in usufructu, atque post istius mortem, dato alio haerede in proprietate, primus dicendus esset haeres pleno jure, fideicommissio gravatus restituere secundo; Vel potius iste dicendus esset haeres directus ab initio, ille autem simplex legatarius usufructus; Istaque posterior opinio, cessantibus conjecturis diversae voluntatis testatoris, est magis communis & recepta, ex ibi deductis.

Mihi verò videbatur, quod ista quaestio extranea esset à casu controversiae, cum verè & proprie illa procedat, ubi agatur de dispositione univèrsali, in qua intrare valeat ratio caducationis, vel absurdi,

ut decedat, quis pro parte testatus, & pro parte intestatus; Secus autem, ubi de legato, seu dispositione particulari, in qua non dignoscitur illa temeritas, quae viget in hereditate, ut ad tempus, vel sub conditione relinquatur; Ideoque potius iure re videbatur altera quaestio, an tempus mortis legato adjectum, illud reddat conditionale, necne, atque legatario praecedente priusquam conditio verificetur, inter necne caducatio.

Magna etenim differentia est inter primam quaestionem, & istam; In illa etenim, controversia inter primò, & secundò vocatos, an scilicet locum praemortente, bona iure caducationis restant penes primum, vel potius transmittantur ad haeredes dicti praemortentis; In ista verò non est controversia cum primo honorato, sed cum haerede univèrsali, penes quem residet proprietate, donec verificetur conditio ad favorem secundi ad eum vocati post mortem primi, quamvis huic solus usufructus relictus esset; Atque hic erit casus praesens.

Ista verò quaestio an scilicet, & quando mortis aliud tempus faciat conditionem, vel potius necne, simplicem dilationem, reputatur una de temporibus ac intricatis quaestionibus, quae in partibus beantur, ob nimiam opinionum diversitatem, ut DD. in hoc se involvunt videntur, diuque diversas opiniones referunt, post alios ad eum de *Cros, Menoch. lib. 4. praesumpt. 201. Cof. lib. 4. retro v. cap. 56. Cypic. Latr. dec. 107. cū alijs de eadem infra discurrendo*, ac etiam insinuat *sub rit. de feud. disc. 108.* ubi de puncto, an & quando tempus certae aetatis stare dicatur pro conditione, vel pro dilatione; Unde propterea in plerisque causis à me disputatis, sub ista quaestione cadentibus, expertus fui magnum aequivoorum incursum, magnamque rerum iudicatarum diversitatem, ex consuetudine ingeniorum varietate; Sive [ & frequentius ] ob consuetudine aequivoce resolutam à pragmatico usu consarcinandi doctrinas, & auctoritates in confuso, totam vim constituendo in certum in potestatem arithmetico numero, non bene illas distinguendo.

Hinc proinde, ad aequivoce huiusmodi tollendam, atque pro materia dilucidatione, advertendum, ut procedendum esset cum distinctione casuum, quae conciliari videntur quamplures opiniones, quae reputari solent invicem pugnantes; Praesens verò ad rem, constituendi videbantur quatuor casus, neglectis alijs considerari solitis, ut postea non facientibus.

Primus est, ubi agitur de conditione omnimoda certa cum omnimoda incertitudine, nam in tempore, quam in substantia, non habente casum, vel tempus mortis, magis unius, quam alterius; Ut patet *navis ex Asia venerit, vel si Titius Consul certis annis similibus*, & tunc cum omnino incertum sit, an exiturum sit, & quatenus exiturum, adhuc incertum, quando, hinc proinde apud omnes receptum est, ut legatum sit conditionale, ideoque per legatarium morientem ante conditionis purificationem non transmittatur, sed caducetur.

Alter casus est, ubi tempus est certum, quia necne dicatur, ut legatum praestandum sit tali die, vel tali anno, & tunc concordant, ut illud non dicatur conditionale, sed purum, proindeque non caducetur, sed per legatarium interim morientem transmittatur ad ejus haeredem, quoniam tempus certum importare potius dilationem, quam conditionem.

Tertius casus est, ubi tempus est certum, quod do, sed est incertum quoad substantiam, in *l. si quis sit exiturum necne; Puta qui legatur Titio, c. 30. anno-*

De L. U  
de  
restituer  
et cat  
9

30. annorum erit, quoniam certum est, quando id tempus cessurum sit, sed est incertum, an Titius ad eam aetatem sit devenurus, & tunc intrat, an recipienda venit distinctio, ex qua decisio quaestionis pendet, an tempus adjectum sit substantiae legati, vel potius praestationi, seu executioni tanquam simplex dilatio, ut primo casu caductur, secus au- in secundo.

Hinc proinde ista non est quaestio juris, sed potius facti, seu applicationis, quando scilicet in una, vel altera distinctio- nis parte versari dicamur; Atque in hoc, certa, & determinata regula dari non potest, sed totum pendet ex singularium casuum indivi- duis circumstantiis, praesertim vero ex causa le- gandi, puta pro legitima non recipiente conditio- nem, vel dilationem, ut frequenter contingit in le- gatis, quae pro dote filiabus relinquuntur, cum ad certam aetatem devenerint ex plenè deductis per Merlin. lib. 2. controrov. 1. Menoch. Casill., & Capyc. Laur. ubi supra, cum alijs de quibus dicto tit. de send. disc. 108. ubi agitur de isto casu praefixo, & in pro- posito legati pro dote habetur actum in sua mate- ria sub tit. de Dote disc. 14.

Quartus demum est casus conveniens praesenti controversiae, ubi scilicet respectu legatarij dies est omnino incertus, tam circa substantiam, quia nempè incertum sit, an ille sit eventurus, quam circa tem- pus quia nempè incertum sit quando id contingere debeat, quia nempè legatum relictum sit in tem- pus nuptiarum ipsius legatarij, seu post mortem haereditis, vel alterius; Tunc enim non solum est in- certum, quando id exiturum sit, sed etiam an id in substantia sit eventurum, cum legatarius possit non nubere, vel alteri non supervivere; Et tunc aliqui conati sunt casum decidere cum eadem distinctio- ne, de qua in praecedenti, an scilicet hoc tempus adjectum esset substantiae, vel executioni.

Verum eorum opinio, utpotè claris juribus con- traria, frequentiori calculo rejecta videtur, magis- que communiter receptum, ut tale tempus in distin- ctè faciat conditionem, ut per Casill. dict. cap. 56. nu. 71. ver. quartus & ultimus, & bene Capyc. Laur. dec. 107. n. 30. cum sequè, ubi n. 42. ita testatur decisum, atque idem Menoch. dicta praesumpt. 201. num. 50. ver. sic ceterum, qui inclinatur in dictam distinctio- nem, fateatur, quod difficilè esset in foro recedere à communi, quam monet in judicando retinendam esse; Ut in terminis temporis incerti nuptiarum, quoties privilegium causae ligandi, non refecit ex juris ministerio conditionem, vel dilationem, te- nuit Septius Rota praesertim decis. 346. num. 6. apud Gregor. in Bonon. legati 28. Junij 1652. coram Veros- pio impress. decis. 291. par. 11. rec. & habetur dedu- ctum sub dicto tit. de Dote disc. 14. ; Et hic videba- tur casus, quoniam cum legatum relictum esset post mortem Clericæ, incertum erat, an legatarius de tem- pore talis mortis exiturus esset in rerum natura, & consequenter locus erat caducationi, ut in specie firmatur in dict. decis. 291. par. 11. rec.

Clarius verò ita dicendum videbatur in hac facti specie, quoniam admittitur etiam dicta distinctio- ne, de qua in casu praecedenti, an scilicet tempus mor- tis adjectum esset substantiae, vel executioni, quan- do DD. disputant super applicatione, an scilicet in una vel altera distinctio- nis parte versaremur; Quaevis reverà pro meo judicio erroneum sit certam regu- lam determinatam statuere, cum potius ut supra, totum pendeat ex particularibus facti circumstan- tijs; Nihilominus ad statuendam quandam regu- lam praesumptivam, ad effectum videndi, cui in du-

bio assistat juris praesumptio, quae transferat onus probationis in alterum; Considerari solet, an lega- tum conceptum esset per praecedentem orationem puram, ac perfectam, adeo ut ad sui perfectionem aliud non exigeret, aliaque subsequencia verba tem- pus mortis respicientia, si omissa essent, non red- derent dispositionem mancam, & imperfectam; Vel è converso si est unica oratio, ita ut dempta con- ditione, seu tempore mortis, dispositio esset im- perfecta, juxta ea, quae pluries hoc eodem tit. firmata sunt in proposito dignoscendi, an certa destinatio staret taxativè, vel demonstrativè, ut praesertim ha- betur in allegata Bonon. coram Verospio, ubi allegan- tur Noal. de transmiss. cas. 17. n. 55. & alij; Hoc enim posito, versabamur in hac secunda parte, dum dice- batur, quod titulo institutionis post mortem Cle- ricæ relinquebatur praedium Tullio, & sic mors al- terius praecedit, eaque separari non potest ab ora- tione perficiente legatum.

Hinc dicebam non obstare auctoritates, quae in 12 contrarium deducebantur praesertim decis. in Ma- ceraten. coram Coccino inter suas decis. 272 & regi- stratam apud Gratian. discept. 136., ac repetitam de- cis. 163. par. 2. rec., quoniam ibi legatum erat pu- rum, & cum oratione jam perfecta conceptum, de- inde verò cum separata oratione praecipitur lega- tario, ne pro certo tempore haereditem molestaret, ut in specie huic decisioni respondetur apud Capyc. Laur. dicta decis. 107. num. 38.

Et quamvis in contrarium pro majori funda- mento deduceretur firmata licet incidenter, & ad alium effectum, apud Sess. decis. 127. num. 28. circa finem; Replicabam tamen hunc Auctorem rectè loqui in casu suo, quando scilicet uni usufructus, & alteri proprietatis relicta est, quoniam cum haec legata sint inter se distincta, tunc mors legatarij, cui relicta est proprietatis, ante mortem usufructuarij non causat caducationem, & in hoc bene dicitur; Sed punctus controversiae erat in applicatione, an scilicet dicta mulieri relicta esset bonorum con- troversorum solus usufructus formalis contradi- stinctus à proprietate, quae proinde Tullio ab ini- tio relicta diceretur habita mentione mortis tan- quam demonstratio temporis, in quo proprietatis utilitatem allatura esset, vel potius è converso cen- seretur dicta mulieri relicta, proprietatis, quam esset gravata post mortem dicto Tullio restituere; Pri- mo enim casu caducationi non intrabat; In altero au- tem ea remanebat certa.

In hoc autem puncto, à quo decisio causae pen- dere videbatur; Scribentes pro altera parte, mag- nam vim constituebant in decision. 257. Buratti 195., & decis. 238. par. 7. rec. & 119. par. 8., in quibus, in eadem causa editis, praesertim verò magis ex pro- fesso in ultima, firmatur, ut ob restrictionem legati ad vitam illud censeretur potius in usufructu, quam in proprietate.

È converso autem ego scribens pro hac parte, more Advocati ad causam oportunitatem, dicebam quod cum legatum inciperet ab ipsis bonis, ita reli- cta censeretur proprietatis, non obstantè quod dice- retur ad usufructuandum, quoniam, Aliud est re- linquere usufructum bonorum, adeo ut legatum principaliter dirigatur ad ipsum usufructu, Aliud verò relinquere bona ad usufructuandum, cum id non adverteatur legato proprietatis l. ult. ff. de usu- fruct. earum rerum c. l. species ff. de aur. & argent. le- gar. l. libertis ff. de alim. & cibar. legat. ubi Bartol. & alij, ac firmat Menoch. Mantio. Surd. & alij de more cumulati per Casill. de usufructu. c. 30. n. 4. R. e.

Reflectendo autem ad veritatem [ quatenus ad hanc facti speciem pertinet ]; Mihi videbantur probabiliores esse partes dictorum de Mercurijs hæredum Tullij, in exclusionem præsentis caducationis, [ ut ab initio pro stylo insinuavi huic parti, pro qua scribebam ], ideoque resolutio probabilis visa fuit, quoniam dicta conclusio, quam deducebam, ut legatum directum ad bona, importaret proprietatem, non obstante quod dicatur ad usufructuandum, cum id legato proprietatis non adverteretur; Rectè procedit, quando legatum, simpliciter, ac indeterminatè conceptum est; Secus autem ubi cum restrictione vite legatarij juxta magistralem distinctionem Baldi in l. 1. Cod. de fructib. & lit. expens. quam sequuntur DD. magis communiter relati per Honded. cons. 69. lib. 1. Menoch. lib. 4. præsumpt. 133. num. 12., ubi dicit hanc opinionem esse magis communem, & veram Castill. de usufruct. dicto cap. 30. num. 13. Rot. dicta decis. 119. num. 3. par. 8. rec. & conferunt ea quæ habentur decis. 460. num. 80. par. 9. rec.

Præterea ponderabam quod [ quidquid DD. variando, vel se involvendo dicant ] revera ista est quaestio ambigua voluntatis, ideoque decidenda cum adeo frequenter insinuata propositione, ut principaliter indaganda sit substantia verisimilis voluntatis, ex facti circumstantijs desumenda, non autem immorandum sit in formalitate verborum, quæ potius Notarij quam testatoris esse solent ex deductis per Castill. dicto cap. 30. num. 12. & seq. ubi allegantur Mantio. Honded. & alij.

Substantia verò voluntatis erat, juxta rationem ab eodem testatore assignatam, ut ita prædium rediret ad domum, à qua exierat; Et consequenter quod, Vel istud legatum respectu Tullij interpretandum esset purum ab initio in proprietate [ quo casu absque dubio intrabat transmissio ]; Vel quod ita resisteret sufficiens conjectura pro transmissione; Quamvis enim regula sit, ut legatum, vel fideicommissum conditionale per morientè ante purificationem conditionem non transmittatur; Attamen receptissima est limitatio ex contraria voluntate disponentis, ex qua etiam tacita, seu præsumpta, & conjecturali, sine dubio fit transmissibile id, quod regulariter de jure non est tale, ut pluries in sua materia sub tit. de fideicom. præsertim disc. 112. & seqq.

Clarius verò ex duplici circumstantia; Primò nempe quod agebatur de legato rei corporalis stabilis, undè propterea non intrat illa major præsumptio legati proprietatis, quæ intrat in legato pecunie, seu alterius rei, quæ usu consumitur, ut ita respondendo ad textum in l. ult. ff. de usufructu earum rerum quæ usu consumuntur, observat in specie Bertazzol. consil. civil. 4. num. 36.; Et secundò quia nullum adjectum fuerat gravamen primo legatario, restituenti post ejus mortem bona secundo, & quod gravamen supponerè evidetur, ut relicta sit proprietatis, ut cæteris relatis Castill. dicto cap. 30. num. 23.

Istæ verò, vel similes ponderationes, sunt quidem bona argumenta deservientia in dubio, & quando alia majora non urgeant, deducta præsertim potius ex circumstantijs facti, quàm ex verbis, quibus facta semper prævalent, quoniam ut plurimum illa sunt Notarij, vel scriptoris testamenti, ista verò sunt ipsius disponentis; Potissimè verò ubi, [ ut in præsentibus ] agitur de personis idiotis, hujusmodi subtilitates non callentibus, quas in eo testandi actum, præsertim per infirmos, vix ex centum juris professoribus, callent decem; Ideoque manifeste ineptia videtur, in hac formalitate verborum,

seu qualitate phrasis, ac modo loquendi, tantum vim constituere, dum verè id à casu provenit, potius, in cujus animo, multò verò minus in illo relicto vel distinctione ceciderunt.

Hinc proinde laudabilis quidem est, in necessaria, hujusmodi theoretica, ac distinctionum notitiam pro bene regulandis conjecturis, & circumstantijs facti, & nè iudex rusticano more præsumptivè ita cù sola auctoritate DD. hanc theoreticam notitiam, in omni casu procedere, nõ reflectendo ad facti qualitatem, ex qua substantia voluntatis disponentis desumenda sit, & an verè unum, vel aliud tempus sit pro conditione, vel dilatione, & an respiciat substantiam, vel executionem, & an considerationes, cum quibus ego, [ gerendo præsentibus ], processu in casu, de quo dicto disc. 108. de feud. quoniam ibi deducta nimium ad hujusmodi materiam, sunt quaestiones confere videtur.

Pro majori autem vel minori efficacia præceptionum, sive pro magis benigna, vel strictiore prætatione, ad favorem, vel respectu communitatis cuncti legatarij, nimium considerabilis quæstio videtur distinctio, supra initio considerata, & videlicet caducationis commodum, ita sit præsertim legatarij, cui, attentis naturali veritate, testatoris naturali usufructum, seu fructuonem ad vitam relinquere voluit, adeo ut ex legis subtilitate, præter intentionem disponentis, proprietatem obtineat; Etiam, nulla data alteratione hujus voluntatis in usufructu, atque primo legatario remanente in terminis usufructuarij, dictum commodum caducationis esse commodo hæredis, juxta casum de quo in forensibus terminis hæreditatis post mortem usufructuarij conditionaliter alteri relicta, habetur per Rotam decis. 24. nu. 18. cum seqq. post. unde quoniam præsertim in particularibus dispositionibus, in quibus non urget illa implicancia, quæ destricta juris censura urget in universalibus, itant bene hinc, ut primo relicta sit solus usufructus, secundo autem relicta sit proprietatis sub conditione mortis prædicti, & quatenus huic supervivat, cum in eam proprietatis bene residere possit penes hæredem, ideoque magna differentia est inter unam, & alteram speciem dispositionis; Et consequenter totum rediret ad voluntatem, cujus substantia ex facti qualitate potius, quàm ex prædictis legalibus subtilitatibus desumenda est; Atque in idem conferunt, quæ circa vulgarem anomalam, an procedendum sit theoricæ Bartoli, vel cum illa Angelis in l. 2. de usufructu de acquir. hered., habentur dicto rituali de premiss. disc. 106. & seqq. ac etiam hoc eodem rituali disc. 30. cum similibus.

Atque ex hac ratione, in Iudice magis congrua iudicium, quam ingenium, ideoque aliquando etiam ingenij, ac ingeniosi Advocati, vel Cathedralium, verò isti, quàm illi, non bene iudicis, vel Consulentis ad veritatem partes explent, quoniam ingenij acumine, hujusmodi subtilitatibus, ac distinctionibus legalibus principaliter vacando, & impatientes effecti, negligunt mature reflectere ad factum, ejusque omnes etiam minutas circumstantias considerare, ex quibus unitim ponderandis cum consuetâ regula, ut singula, quæ non per se, sed verè congrua decisio omnium ferè forensium præcedere videtur; Ideoque ista non dicitur juris scientia, sed juris prudentia.

De LU  
de  
testament  
et test  
GVI  
9